

Aduertencias para

ceteris Mendicantium Ordinibus concessas  
tam in communi quam in particulari eorum  
que Ecclesiis, & locis quibuscumque.

18 ¶ Idem Sixtus concessit, q̄ Sorores S. Claras  
sub obedientia Fratrum Minorum Obseruan-  
tię existentes gaudeant omnibus priuilegiis,  
exemptionibus, & gratiis concessis in genere  
Sororibus reformatis. Sororis Collectę.

19 ¶ Iulius. 2. concessit Fratribus Minoribus  
eorumque domibus omnia & singula priu-  
ilegia, immunitates, exemptiones, concessio-  
nes, indulgentias, & indulta tām Viue vocis  
Oraculo, quām alias sub quibuscumque teno-  
ribus, & formis Fratribus Ordinis Prædica-  
torum regularis Obseruantiae Regnorum Ca-  
stelle, & Legionis, ac illorum domibus per  
ipsum Iulium, & prædecessores suos Romanos  
Pontifices aut Sedem Apostolicam concessa,  
ac si prædictis Fratribus Ordinis Minorum,  
eorumque domibus concessa forent.

20 ¶ Idem Iulius postea declarauit & conces-  
sit, q̄ in prædicta priuilegiorum gratiarum, &  
indultorum prælatorum communicatione, tā  
vniuersaliter per prædecessores suos toti Or-  
dinis Minorum, quām etiam per ipsum particu-  
lariter prædictorum Regnorom prius facta,

ut ea,